

5347 [T]i. Messius Q. f., C. Acilius M. f., | [C]n. Mevius Cn. f., aid.¹, murum [et] aream claudendam ex | sen. sen. faciendum curavere | eisdemque probavere.

Formis (I 1192. X 6108 Ritschl tab. LXk). — 1) De tribus aedilibus Formianis cf. ad N. 5329.

5348 L. Betilienus L. f. Vaarus | haec quae infera scripta | sont de senatu sententia | facienda coiravit: semitas | in oppido (*sic*) omnis, porticum qua | in arcem eitur¹, campum ubi | ludunt, horologium, macelum, | basilicam calecandam², sedes, | [l]acum balnearium, lacum ad | [p]ortam³, aquam in opidum adou.⁴ | arduom pedes CCCXϷ⁵, fornicesq. | fecit, fistulas soledas fecit. | Ob hasce res censorem fecere bis⁶, | senatus filio stipendia mereta | ese iousit, populusque statuam | donavit Censorino⁷.

Aletrii (Atrii) olim in ecclesia quadam, iam in curia (I 1166. X 5807 vidit Mommsen; Ritschl tab. LII d). Titulus scriptus ante legem Iuliam de civitate a. 664, nam Romana civitate accepta senatus Aletrinas non potuit civi suo vacationem concedere (Momms. C. I. L. I), nec tamen ante tempora Gracchana (Ritschl). — 1) Huius porticum vestigia invenisse sibi visi sunt, cf. Winnefeld Roem. Mitth. 1889 p. 150 seq. — 2) 'Calicata aedificia calce polita' (Festus p. 47 cf. p. 59. 75 Muell.). — 3) Huius quoque lacus fundamenta videntur superesse Aletrii extra portam S. Petri, cf. Winnefeld l. c. p. 149. — 4) Sic (ADOV, non ADQV) et priores auctores plerique et nuper de visu Mommsen, qui nihilominus requiri putat adqu(e). — 5) De hoc opere egerunt Secchi in actis Arcadum anni 1863 (quae repetivit Mommsen C. I. L. X p. 567 seq), Tucci Notizie degli scavi 1879 p. 275 seq. (cf. Mommsen l. c.), Basel Centralblatt der Bauverwaltung 1, 1881 p. 121. 122. 134. 135 (cf. C. I. L. X p. 980). — 6) bis extra versum postea adiectum est. — 7) Videtur Varus propter censuram bis gestam Censorinus appellatus esse, plane ut Romae C. Marcius Rutilus (Momms. C. I. L. I l. c.)

5349 L. Arruntius L. f. | cos.¹, XVvir | sacrieis (*sic*) faciendis, | viam, semitas faciendum, | clovacam reficiendam | d. s. p. c.²

Atinae (X 5055 vidit Mommsen praeter paucas litteras quae perierunt; Ritschl tab. LXXVII h). — 1) Consul a. u. c. 732; eum quindecimvirum sacris faciendis fuisse constat ex actis ludorum saecularium supra N. 5050 v. 151 (not. 54). — 2) De sua pecunia curavit.

5350 imp. Caesari div[*i* Aug.] | Vespasiani f. Do[*mitiano*] | Aug. pont. max., | tr. pot. II, imp. III, p. p., [c]os. | VIII des. X¹, | Sex. Laecanius Labeo² pro[c.] | Aug. praef. provinci[*ae*] | Sardin., plateas et c. . . | itinera municipii C[*aralit.*] | sternenda et cloa[*cas* | *f*]aciendas et t[*e*]g[*endas*] | p. p. et privata [curavit].

Caralibus (Notizie degli scavi 1897 p. 280 supplevit Vaglierius). — 1) A. 85 (ante 13 Sept.). — 2) Fortasse idem Sex. Laecanius Naevius Labeo centurio cohortis nonae praetoriae memoratus in fistula aquaria castrorum praetorianorum XV 7244,

5351 imp. Caes. divi | Hadriani fil. | divi Traiani | Parthici nepo[*t.*] | divi Nervae pro|nepote T. Aelio Ha|driano Antonino | Aug. Pio p. p.